BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 G
56

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

ALE VITT. EMANUELE
G
6

Digitized by Google

68.13.G.57

DECLARATIO

S. D. N. PII PAPÆ V.

SVPER DEROGATIONE

Concilij Tridentini.



ROMAE Apud Hæredes Antonij
Bladij Impreſſores Camer. 1571.

Digitized by Google

Digitized by Google

MOTV proprio &c. Cum plerunq; contingat dubitari in cauſis in Rotæ auditorio noſtro & alibi pendentibus, ſuper prouiſionibus, & commendis, vnionibus & aliis diſpoſitionibus, ac aliis gratiis apoſtolicis, quæ contraueniunt decretis Concilij Tridentini, An ſit opus ſpeciali derogatione eiuſdem Concilii, Nos quæcunq; dubia deſuper mota & mouenda ſubmouere uolentes, ac quorumcunq; decretorum Concilii huiuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu ſimili &c. & ex certa noſtra ſcientia ac de apoſtolicæ pōtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo ualitura conſtitutione declaramus, neq; ſpeciali neq; ge

Digitized by Google

nerali derogatione eiuſdem Conci-
lij, opus fuiſſe & eſſe in quibuſuis
collationibus, prouiſionibus, com-
mendis, unionibus &c. & aliis diſpo
ſitionibus de quibuſuis beneficijs
eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura,
ſecularibus, & quorumuis ordinum
regularibus, etiam Monaſteriis con
uentualibus & Conſiſtorialibus, ac
curam animarum habentibus, quæ
quomodolibet uacarunt, & uaca-
bunt, ac etiam gratiam & iuſtitiam
concernentibus, & aliis gratiis, ac
conceſſionibus apoſtolicis per nos,
ac fæ. re. Pium PP. iiij. prædeceſſo-
rem, necnon quoſcunq; Romanos
Pontifices ſucceſſores noſtros (no-
ſtra tamē & prædeceſſoris, ac ſucceſ
ſorum prædictorum propria ma-
nu ſignatis) ac ſedem apoſtolicam

quibuſuis perſonis, collegiis, & aliis piis locis, ac alias quomodolibet fa ctis & faciendis, ac conceſſis & concedendis. Et ita per quoſcunq; iudi ces &c. etiam cauſarum Palatii apo ſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſuis cauſis, etiam per appellationem pen dẽtibus iudicari, & diffiniri debere, ſublata &c. irritum quoq; decernimus. Volentes præſentis noſtri Motus proprii cedulam in Cancellaria apoſtolica publicari, & in illius libro quinterno nuncupato deſcribi. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtylo palatij &c. cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Placet Motu proprio. M.

Lectus & publicatus fuit ſupra-
ſcriptus Motus proprius Romæ in
Cancellaria apoſtolica, Anno incar-
nationis Dominicæ Milleſimo quin-
genteſimo ſeptuageſimo, Die uero
Sabbati uigeſima tertia menſis De-
cembris, Pontificatus S. D. N. D.
Pii, diuina prouidentia Papæ quinti
Anno Quinto.

Io. Lomellinus Cuſtos.

23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZI
135